



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ma loquitur generaliter, ideoq; de utrifq; intelligendam rebus asserunt, juncta L. 10. & seq. ff. de rei vind: L. 38. ff. de jud: Authen. quia in provincia. C. ubi de Crim. Nec interesse putamus inter singularem vindicationem, & petitionem hæreditatis. Hæc quoq; vel ubi domicilium reus habet, vel ubi bona hæreditaria sunt; instituitur. L. un. C. ubi de hered: L. 26. & 28. ff. de jud: Accurs: ex communi DD. ad dict: L. un.

20. Sed etsi legatum, vel fidei commissum actione in rem petatur, verius est secundum propositam regulam, vel in loco domicilii, vel rei sitæ agi posse. *Vultei.* ad L. un. C. ubi fideicom. pet. oport. n. 15. & 30. Neque urget, si dicas: res mobiles non posse dici sitas propriè, atque ideo ratione rei mobilis, in alieno territorio forum obtineri non posse; quia nusquam jura sic limitant. Non etiam ad rem dices exigi, ut reus in eodem loco reperiatur ad hoc, ut actio in rem institui possit, quia nihil interest utrum in eo loco reperiatur reus, nec ne? ut benè *Azo.* & *Accurs.* in cit. L. ult.

21. Si actio mixta sit, quam quis exercere vult, veluti familiæ erciscundæ, com-

E muni

muni dividendo finium regundorum
 existimat. *Barth: ad L. ult: C. ubi in rem*
 idem respondendum quod de actione in
 rem: nec obscure id Bald. probat *L. un: in*
fine. C. ubi de hered: & Cuiac: in nov. 96. Si
 missio in rem postuletur, verius videtur
 ibi tantum postulandam esse, ubi res
 tæ sunt, quarum possessio postulatur
un: C. ubi de hered: L. cum unus. 12. §. 1. ff. de
reb: aut jud: poss: Barth: Cuiac.

22. Difficilis quæstio est: utrum statu-
 tum personas habilitans, vel inhabilitans
 circa contractus, vel testamenta, exten-
 datur etiam ad bona extra territorium
 ta, idq; respectu subditorum tantum,
 verò etiam peregrinorum pro temporibus
 ibi commorantium? Respondet *Barthol.*
L. 1. n. 25. & 37. C. de Sum: Trin. Si statutum
 directè disponat circa formam actus
 ut ad testamentum sufficiant testes duo
 valere testamentum ita confectum, seu
 ab incola, seu à peregrino quoad omnia
 bona, ubicunq; sita sint. Respondet
 secundò *Bald: in cit. L. 1. n. 18. & alij.*
 statutum habiliter personas jure communi
 ni inhabiles, v. g. ut filius familias testa-
 me